

## Aduertencias para

privilegiatorum, ut doctē ait Soto lib. 1. de Iust. & iure. q. 1 art 3, & non solum in his Indijs & earum Episcopatibus nō publicatur processus Bullæ Cœnæ Dñi, sed neq; in Episcopatibus Hispaniarum. Hæc Magister Ildefonsus, cui & applaudit Frater Emanuel. q. 20. art. 9. in fine. Et in corpore articuli dicit q̄ [salua semper correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ] putat q̄ nolunt Summi Pontifices derogare privilegia concedentia dictos casus. Quod pbat ex Bulla Cœnæ Dñi publicata per Dñm Sixtum. 5. anno Dñi. 1586 primo anno sui Pontificatus, vbi prohibet absolutionē à dictis casibus quacunq; auctoritate & privilegio quorūvis Ordinum, & etiam Mendicantium, & aliorū Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, & concludit dicens Nisi in eis etiam casus præsentibus litteris expressè comprehendantur. Quam eandem clausulam apponit Dñs Papa Clemens. 8. in eodem processu Bullæ Cœnæ publicato ab ipso, anno Dñi. 1593. Ex quibus verbis exceptiuis expressè colligitur, nolle supradictos Summos Pontifices in dicta publicatione derogare, aut reuocare privilegia dictos casus concedentia: ac proinde nra Privilegia non solum non derogari, aut reuocari per dictā